



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De autoritate Episcopali. cap. xxxii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

DE AVTHORITATE EPISCO-
PALI. Cap. XXXII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopus, vel alius praelatus, cui interdicitur ingressus ecclesie, non perdat iurisdictionalia.*
- 2 *Episcopi subiecti Archiepiscopo, suffraganei dicuntur.*
- 3 *Episcopi in concilio sunt tanquam vniuersitas, non vt singuli.*
- 4 *Diuisio Episcopatum est de iure positio.*
- 5 *Pendente appellatione quoad Episcopi depositionem, non intra Episcopalia accerere potest.*

Item notabiz, quod Episcopus, vel alius praelatus, cui interdicitur ingressus ecclesie, non per hoc perdit iurisdictionalia. Ita docto. in c. sacro, de sent. excom. Sed non potest recipere clericos alienos quoad ordines, sed postquam eis dederit beneficia, poterit eos ordinare: quia incipiunt esse sui subditi, ita Panor. in c. cum iam dudum, de preben. Sed si beneficium confert Episcopus indigno, priuatur potestate conferendi pro prima vice, si sciater fecerit ita Panor. in c. cum in cunctis, §. clerici sane, de elect. Et au possit eximere aliquam ecclesiam a iurisdictione sua, vide Panor. in c. constitutus, de relig. domi. Et an Archiepiscopus possit compellere Episcopum suffraganeum, ad acceptandam commissionem circa ea, quae sunt consecrationis, seu ordinis, vide per doct. in c. quoad sedem, de offic. ord. Et ibi etiam dicit Panorm. nota, quod Episcopus, seu Archiepiscopus potest committere ea, quae sunt consecrationis, seu ordinis Episcopo, sicut committit ea, quae sunt meri imperij, cum in ea exerceatur iurdictio ex officio nobili, & ad publicam utilitatem. facit tex. in c. aqua, de conse. eccl. vel alta. & c. suffraganeis, de elect. & ibi dicitur, & in d. c. quoad sedem, §. quod Episcopi subiecti Archiepiscopo dicuntur suffraganei: suffragatur enim sibi in consecratione, & in alijs, nam requiritur consilium Episcoporum in ordinatione prouinciae, c. j. & ij. xj. q. iij. & cum consecrat Episcopum, debet habere secum alios Episcopos (vt dixim*) xlv. dist. quasi

quasi per totum. Et Episcopus originis, vel domicilij potest promouere quem ad sacros ordines sine licentia proprii Episcopi. Sed vide Abb. in c. nullus Episcopus, de paroch. Sed non potest Episcopus esse canonicus in illa ecclesia, in qua ipse est Episcopus, vt in c. postulasti, de concessio. præben. Et Episcopus licet non possit tollere votum in totum, potest ipsum commutare, vt per doctores in c. proposuit, de concessio. præben. Debet etiam Episcopus examinare clericum sibi præsentatum per litteras commendatitias, docto. in c. in concilio, de præben. sed non potest delegare ea, quæ sunt ordinis illi, qui non est Episcopus, c. aquam, de consecra. eccles. vel altaris. Et Episcopus potest compellere canonicos ad subdiaconatum, vt per Panorm. in c. extirpanda. §. qui verò, de præben. & ibi dicit etiam, quòd Episcopus potest ex beneficii pingui constituere duo ex causa. Et Episcopus, qui petiit & obtinuit licentiam de cedendo, an possit re integrare ea recedere, vide Anto. de Butrio in c. quidam, de renu. cia. † Et notabis, quòd Episcopi in concilio sunt tanquam vniuersitas, non vt singuli. ita Panorm. in c. fin. de re iud. An & quando Episcopus possit extra suam diocesim celebrare, vide Anton. in c. fide, de vsu pallij. dicit etiam in c. fin. de æta. & qual. Si Episcopus priuatur, remanebit habitus officij, & remanebit character. Si Episcopus delinquit extra suam diocesim, qualiter puniatur, vide Panorm. in c. inferior, de maior. & obed. vbi videbis. Et Episcopus debet tractare sacerdotes non vt vassallos, sed vt fratres. ita Panorm. in c. j. de excess. prælat. & compelluntur venire ad concilia prouincialia, vt per docto. iurc. fin. de his, qui fiunt à præ. sine con. cap. Et Episcopus in diocesi sua maior quocunque principe seculari, vt per docto. in c. de litæ, de maio. & obed. † Et notabis ad multa, quòd Episcopatum diuisio est de iure positiuo. ita Panorm. in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Sed si Episcopus præstat causam directè, vel indirectè homicidio, priuatur ab officio sacerdotali, vt per Panorm. in c. ex literis, de excess. prælat. Sed prælati habentes iurisdictionem temporalem, non debent præstare præsentiam suam, quando sit iustitia corporis.

corporalis: quia videtur præstare opem, & incurrit irregularitatem, vt per Panor. in c. ex literis, de pigno. Et Episcopi non seruantes, vel seruari facientes sacros canones, an incidant in periurium, vide Panor. in c. ego enim Episcopus, de iureiur. † Sed si Episcopus fuerit depositus, & appellauit, pendente appellatione exercet iura Episcopalia, & idem in alijs. vt per doct. in c. ij. vt lite pendente. Et licet aliqui Episcopatus habeant maiores redditus, sunt tamen pari dignitatis. ita Panor. in c. si. de transla. præla. & c. legimus, xxij. distinct. Et ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, non possunt adquiri; illa verò, quæ sunt dignitatis, aut iurisdictionis, possunt adquiri, vt per doct. in c. accedentibus, de excess. prælat. Et Episcopus non potest seipsum absolvere à iuramento; & autorizare non potest quis sibi ipsi. ita Panor. in c. at si clerici, §. adulterijs, de iudi. Et aduertant Episcopi, quòd licet sit statutus certus numerus canonicorum antiquitus, si tamen crescant facultates ecclesiæ, præbendæ debent augeri, doct. in c. clerici, de vita & honest. cler. Et vide glos. & doct. in c. in nouo testamento, xxj. dist. & ita alia beneficia augenda sunt, vbi facultates ecclesiæ crescunt. Et Episcopus de iure communi eligit sacerdotes: & de iure communi ad Episcopum spectat electio canonicorum. videbis optimam glos. & videbis doct. in c. j. xxj. dist. Et Moyfes in veteri testamento elegit sacerdotes ordinatione Dei, & Dominus in nouo, vt doct. in c. in nouo testamento, xxj. distinct. & videbis infra in cap. lxvij.

DE HORIS CANONICIS.

Cap. XXXIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Certus modus in dicendis diuinis officijs ab Episcopo statui potest, qui in sua cathedrali ecclesia obseruetur, & num. 15.
- 2 Papa in toto dispensare non potest, sed in tanto.
- 3 Diuinum officium horis debitis dici debet.
- 4 Miraculum de quodam Eremita.
- 5 Horæ canonicæ septem sunt, tres nocturnæ, & quatuor diurnæ.

Q

6 Clericis